



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 7. Joannes de Werth, aliquique Bavari Belliduces ad Cæsarem deficientes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII. que, Bavari autem nomine a Rau.  
A.C. 1647 schenberg, Kunitzio, & Scheffero, firma-  
tis: quo comperto Cæsar, & Archidux  
Leopoldus quod Bavarus atrocio-  
re læsæ Majestatis crimine quam Pa-  
latinus se obstrinxisset, reputabant, uti  
testatur Jægerus.

## §. VII.

*Joannes de Werth, aliique Bavari  
Belliduces ad Cæsarem deficientes.*

Hæc præfestina defectio non modo  
Cæsarem, ac Leopoldum Archi-  
ducem male habebat, sed etiam Joan-  
nem de Werth, Gleenium, aliosque  
Bavarici exercitus Duces longe cele-  
berrimos ad deserenda Bavari signa im-  
pellebat: Ceteris prior Gleenius, has  
indicias nec sibi nec Joanni de Werth  
manifestatas fuisse indignatus, ab exer-  
citu in Belgium concesserat, hunc se-  
quebantur Sporkius, Crucius, Gasche-  
nitzius & Schockius, omnes primarii  
Ductores: Agmen duxerat Joannes de  
Werth, Vir ceteroquin primarum lite-  
rarum ignarus, nulloque generis me-  
rito, sed duntaxat militari fortitudine  
clarus. Hunc ceterosque Tribunos  
unacum copiis Bavaris Cæsar, eoquod  
sibi & Imperio sacramento addictæ ef-  
fent, promulgato edicto revocaverat.

Jan:

Jamjam Maximiliano suspecta erat Sæc. XVII.  
 Werthii fides; haud enim eidem erat A.C. 1647.  
 incognitum, quod hic Salmensem Co-  
 mitem suscepti consilii sui interpretem  
 non ita pridem Possonium ad Cæsarem  
 misisset: ut vero Maximilianus Werthii  
 animum penitus exploraret, eundem  
 Monachium accersivit, qui tamen an-  
 tea paratis responsis omnem de se su-  
 spicionem dextere amovens, Landis-  
 hutum proficisci jubebatur, ut ibidem  
 per duos Deputatos, quos Maximilia-  
 nus eo decreturus esset, futuræ expe-  
 ditionis mandata exciperet. Hic vero  
 utrumque hunc Deputatum intercipi  
 præcepit, atque exercitum injus-  
 so Maximiliano Vilshovium coegit,  
 eo usus obtenu, ut Suecis superiorem  
 Palatinatum invadentibus occurreret,  
 reipsa autem, ut copias Bavarias una-  
 cum conjuratis Ductoribus in Cæsaris  
 partes seduceret. Peropportune autem  
 ambo Deputati structas elusere insidias,  
 moxque de Werthii, qui jam die vige-  
 sima octava Junii Geisenhusium secesser-  
 rat, conjuratione Maximilianum edo-  
 cuerunt: quo circa Elector datis ad om-  
 nes Tribunos, militesque literis, ne  
 quis avocanti Cæsari morem gereret,  
 inhibuit, ac decem millium Imperia-  
 lium præmium ei promisit, qui Wer-  
 thium vivum, mortuumque sisteret:

Ee 2

Hic

Sæc. XVII. Hic vero cognita hac proscriptione,  
A. C. 1647. furere ac extrema quævis Maximilia-  
no, Bavarisque minitari cœpit, suis  
que militibus Bavariae direptionem im-  
peravit: unde raptæ jumenta, abasti  
grees, oppida, Pagi, & villæ passim  
spoliatæ, Præfectique captivitatem ly-  
tro redimere coacti: demum vero Wer-  
thius trajecto Danubio innacum Spor-  
ckio Passavium profectus, atque a le-  
gionibus Bavaricis desertus, ferme so-  
lus ad Cæsaris castra pervenit, præter  
spem remissius ab eodem exceptus.

## §. VIII.

*Suecorum res in Bohemia.*

*Adlzer. l. c.* Interim Sueci, Cæsarem Bavarorum  
*Brachel. hist.* ope destitutum penitus opprimere  
*temp. l. 6.* statuerunt; quo fine Urangelius re cum  
*Calmet hist.* Helvetiis composita, & transmissa rur-  
*Univ. t. 16.* sus Danubio in Franconiam movit, ac  
Sweinfurtum expugnavit, postea vero  
totam armorum vim in Bohemiam ef-  
fudit. Enimvero Cæsar mortuo Ga-  
lassio Melandrum Comitem Holzapfe-  
lium eo cum validis copiis præmiserat,  
quin imo ipsus ex Hungaria redux,  
Mense Junio Budovisium, ac inde Pils-  
nam contendit, Egram urbem a Sue-  
corum obsidione liberaturus: verum  
obselli jamjam intempestiva facilitate

sele